

The Cartulary of the Abbey of Saint-Amand, Rouen

Transcribed by Dr. Charlotte Cartwright and Ms. Dyllan Cecil

Christopher Newport University

© August 30, 2017

Note on the Editorial Principles

All suspensions and contractions have been expanded, but otherwise the orthography has been preserved with only one exception. The manuscript use of U/V and I/J has been preserved in upper case, but in the lower case *j* has been written as *i*, and the scribes all use both interchangeably. The use of *e* instead of the classical *æ* has been preserved, as has the manuscript's original punctuation.

Pagination is used instead of folio numbering to accord with the digital facsimile of the manuscript used for transcription. The original manuscript is held by the Archives Départementales de Seine-Maritime and the facsimile can be accessed here:

http://recherche.archivesdepartementales76.net/?id=recherche_guidee_cartulaires_detail&doc=accounts%2Fmnesys_ad76%2Fdatas%2Fir%2Fcartulaires_obituaires_coutumiers%2FFRAD076_IR_cartulaires_obituaires_coutumiers%2Exml&page_ref=2439&unittitle=Abbaye%20Saint-Amand%20de%20Rouen%20-%20Cartulaire%20de%20l%27abbaye%20de%20Saint-Amand%20de%20Rouen&unitid=55H7&unitdate=%20/%20Date%20de%20compilation%20:%201251-Fin%20XIIIe%20s.

Page 1 Blank

Page 2

Carta regis francie

Philipus dei gratia francie rex. Notum facimus universis tam presentibus
quam futuris. quod cum contentio uerteretur in nostra curia
inter abbatissam et conventum sancti amandi rothomagensi ex una
parte et abbates et conventus vallis nostre domine et regalis
montis et abbatissam et conventum sancti antonii parisii cister-
ciensis ordinis ex altera super eo quod dicte abbatissa et conventus sancti
amandi dicebant se habere. et habere debere et dono clare

memorie Guillelmi quondam anglie regis ac ducis Normannorum
decimam partem admodiationis nostre vini in vicecomittatu
Nostro aque Rothomagensis generaliter ab omnibus illis qui
descendendo per aquam sequane vina adducunt apud Rothomagensis
et quia praedicti abbates et abbatissa sancti antonii et dictorum locorum conventus
vina adduxerant apud rothomagensis de quibus dicte abbatissa et conventus
sancti amandi decimam admodiationis nostre. vini non habuerant
petebant dicte abbatissa et conventus sancti amandi a dictis abbatibus abbatissa
et conventibus dictam decimam cum arreragiis sibi reddi. et ipsos ad
reddenum eis compelli per manum vicecomitis nostri aque rothomagensis
praedictis abbatibus abbatissa sancti antonii et conventibus contradicentibus
et afferentibus quod dicte abbatissa et conventus sancti amandi nullam
decimam habere debebant de admodiatione suorum vinorum immo
super hoc tuti erant ut dicebant per privilegia que ad sui defen-
sionem exhibebant videlicet abbas et conventus vallis nostre domine per
cartam richardi quondam anglie regis et abbas et conventus

Page 3

regalis montis et abbatissa et conventus sancti antonii per car-
tas inclite recordationis karissimi domini et genitoris nostri ludovici francie
regis et insuper dicebant se fuisse in possessione dicte immuni-
tatis per tantum temporis spacium quod sufficere debebat ad ius
sibi super hoc acquirendum auditis hinc inde propositis visis e-
tiam cartis et munimentis praedictis. adiudicata sint per iudicium
nostre curie dictis abbatisse et conventui sancti amandi contra dictos abbates
abbatissam et conventus decima admodiationis vini praedicta habenda et
leuanda per manum vicecomitis nostri aque Rothomagensi de vi-
nis que dicti abbates et conventus et abbatissa et conventus sancti antonii
per aquam sequane duci sive vehi fecerunt et facient apud
Rothomagensem quemadmodum generaliter habent ab aliis qui uina ad
ducunt ibidem. et per idem viditium condemnati¹ fuerunt praedicti abbates
et abbatissa et conventus ad reddendum dictis abbatisse et conventui sancti

¹ Should probably be condemnati

amandi arreragia decime dicte admodiationis de uinis que apud Rothomagensem duxerunt per aquam sequane postquam lis fuit mota super hoc in nostra curia inter partes praedictas. In cuius rei testimonium praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum actum parisium anno domini .M . CC . LXXmo septimo. mense febriario.

Phillipus dei gratia francie rex. Notum facimus vniuersis tam praesentibus quam futuris quod cum abbatissa et conventus sancti amandi rothomagensis quandam plateam de censiva sua a porta dicte abbatie usque ad domum suam que vocatur area sancti amandi sita in cuneo binii per quod itur ad ecclesiam sancti nicholai ex una parte et ex

Page 4

alia parte pro ut itur versus aquam Robecci ad ampliationem curtis abbatie sue muro lapideo incepissent claudere. Cui clausure maior et pares Rothomagensis se opponebant. Tandem eorum maioris et parium assensu super hoc accedente. Voluimus et concessimus dictis abbatisse et conventui quod dictam clausura possint perficere et tenere imperpetuum libere et quiete quod ut ratum et stabile permaneat infuturum praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. actum Rothomagensis anno domini .M . CC . LXX septimo mense junio. **Carta Regis francie**

Ludovicus dei gratia francie. Noverint universi praesentes pariter et futuri quod nos divini amoris intuitu pro salute anime nostre et obremedium animarum inclite recordationis regis ludovici genitoris nostri et regine blanche geneticis nostre ac aliorum antecessorum nostrorum dedimus et concessimus in puram et perpetuam elemosinam monialibus sancti amandi rothomagensis quandam acram terre nostre sitam in foresta nostra de aquatico in fine de bello vauchello ad edificandum quandam granchiam² ad opus monialium praedictarum ab eisdem monialibus ac earum successoribus in perpetuum libere quiete et pacifice possidendum retenta nobis iusticia ac salvo iure in omnibus

² Variant of granica

alieno. quod ut ratum et stabile permaneat in futurum
praesentes litteras sigilli nostri fecimus in praessione mu-
niri. actum apud meedium anno domini . M . CC quinquegesimo

Page 5

. Septimo mense Septembri.

Page 6-9 Blank

Page 10³

Iste Goscelinus et Emelina uxor eius nos fundaverent

IN nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti
Postquam divina apostolorum doctrina in omnem terram diffusa est gratia
sancti spiritus cooperante; plures ad christiane fidei sacramentum relictis simula-
chorum superstitionibus convolarent; protinus nonnulli sese cum facultatibus
suis dominicis subdidere preceptis plurimi uero omnia habere uidebantur
uendentes precium afferebant. et sic sacra testantur eloquia ante pedes
apostolorum ponebant. Post hec autem dividebatur prout cuique opus
erat. Sic fic⁴ fidelium facultatibus cepit locis in pluribus divinus
idonee permundi climata construi. ad invocandum admirable nomine
dei omnipotentis. Quorum sacra vestigia ego videlicet Goscelinus
servorum dei servus. et unica uxor scilicet Emmelina cupientes
immitari. sacrarum quoque scripturarum ornamenti edocti pro re-
medio animarum nostrarum. et absolutione omnium propinquorum nostrorum
ecclesie sancte marie and sancti amandi episcopi infra muros urbis Rothomagi
site eiusdem que monialibus ibidem deo famulantibus res proprietatis nostre concedi-
mus. et de propria potestate in donum monasterii terminos poni decrevimus.
ea scilicet conditione ut sanctimoniales tam future quam praesentes
pro nobis deus exorent quatinus misericors deus veniam peccatorum nostrorum
nobis tribuat. et ad suam gloria perducat. A / M / E / N.
Hec sunt itaque nos quas damus. In foro Rothomagi unam aream.

³ Beginning with this page the handwriting changes; this is likely beginning of the original manuscript and thus the hand of the first scribe.

⁴ Probably ficte

Deinde unum molendinum. in ranelmi villa. Post hec;
unum concedimus cellarium iuxta pontem Sequane. positum in loco

Page 11

qui dicitur poteria. Prata vero que sunt apud Cheuelgi sancte marie et sancto A-
mando tribuimus. Preterea terram cultam cum silva que est iuxta vallem
hercenbaldi. Et in monte qui dicitur cocherel. V. agros pari ratione. Con-
cedimus etiam supradicto monasterio silvam illam que habetur inter
aquas scilicet Guarennam. et Sedam. cum terra culta que pertinet ad eam.
Cum omnibus supradictis etiam totum divinum quoddam hactenus tenuimus in
manchoutuilla letanter praedicto loco concedimus cum ecclesia et molendi-
no. Et quicquid habuimus in montuilla praeter ecclesiam. Et in eslertis.
Et in freschenis. Et in cardonvilla. Suprano minato quoque loco donamus
villam que Spinetum vocatur; cum hiis que pertinent ad illam.
videlicet cum terra vnius carruce et cum theoloneo. Nec sunt que de
rebus humilitatis nostrae Ego Gocselinus et uxor mea Emmelina. in
stipendia ancillarum dei pro redēptione animarum nostrarum sancto Aman-
do concessimus. Simul quoque terram vinee nostre que vocatur poceron.
iuxta Rothomagus in karitate dei similiter concedimus. Quodam autem superest
videlicet terram et villam et silvam de malalneit. quam comes in suo
dominio tenebat. hanc ipse per placitum meum donavit⁵ sancto amando. Et
hoc donum suum per Rodulfum camerarium suum super altare sancti A-
mandi poni fecit. Cuius rei gratia in serviciū seniorus nostri comi-
tis Willelmi date sunt. XXX. libras denariorum quas mulieres que ad conver-
sationem venerant de suis proprietatibus ad locum contulerant. Sed
et abbas Nicholaus pro causis instantibus de hiis denariorum X. libras habuit.

Donum coniugis cristianissimi Osberni

Page 12

Dona coniugis Osberni ac memorandi⁶

Ego enim dudum coniunx cristianissimi scilicet Osberni ac me-

⁵ The manuscript says “donau” and has an unclear mark of suspension. Donavimus may be the correct form here, but we chose to use the third-person singular to fit the sentence.

⁶ Right margin: **fresnes**

morandi. fidelium dictis atque exemplis ammonita et instructa
pro remedio animarum nostrarum et propinquorum. amicorum quoque nostrorum de be-
neficiis que gratuita pietate contulit nobis deus. Ecclesie Sancte
marie et Sancti Amandi pertem concedo. Annuendo videlicet domino Wil-
lermo Normannorum duce. et fratre meo hugone baiocassine episcopo. Et filiis
meis Willelmo et Osberno. Ad opus sanctimonialium ibidem deo famulari-
tum. eo scilicet tenore quatinus per animarum nostrarum absolutione dei clemen-
tiam Implorent: vt nos ab omnibus peccatorum nexibus absolutos om-
nipotenus deus dignetur perducere ad gaudia fine parentia. **Dona.**⁷

Nomina autem donorum sunt haec. In comitatu Rothmagum medi-
etatem ville que dicitur fresnes. Et donationem ecclesie eiusdem ville
cum omnibus que ad eam pertinent. Praeter hoc concedo illud mansum
quod mihi concessit frater meus hugo episcopo. Pari ratione dono duo molen-
dina unum apud villam que vocatur periers. Alteram apud villam
que vulgaliter longpetaing nuncupatur. Item tribuo XII. acras
pratorum apud villam que vocatur IIII. molendina. Set et extra
muros civitatis. XVI. acras terrae arabilis. Willelmus quoque Osberni filius
matre sua concedente. dedit terram de abavilla sancte marie ecclesie et
sancti Amandi quam tenebat. Scilicet mariadace mathilda uxoris Ro-
dulfi hachet et dotem hacuise coniugis Radulfi de Eiurart
mesnil et unum hospitem. Huius rei testes sunt hii. Goiffridus de
magna villa. qui super altare sancti amandi ex parte Willelmi filii Osberni
donum posuit. Et hacheno. Et hunfredus de Osberni mesnil. Radulfus de

Page 13

perfuntual et Willelmus levallet de Rocavilla. Richardus de bogevilla. Et Al-
vered coiren. Adhuc etiam dedit Willelmus terram turstini de Adelolvilla.
Et in Rothmago domos .IIII. panificorum. Signum + concedentis Wil-
lermi nomannorum ducis. Signu + Willelmi filii Osberni.

**Donum venerabili. Hugonis episcopis Baiocensis
cum emma sorore sua. Abbatissa fuit loci**

IN nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancte. Pax omnibus

⁷ Right margin: **fresnes**

tam praesentibus quam futuris. Omne quod est aut deus aut creatura est sed creatoris⁸ dignitas omnem sensum excedens et intelligentiam. sempiterne beata in sua permanet magnificentia. Creature vero modus triphariam subdivisus ad hoc nitens dirigitur ut nutui non refregetur creatoris et legibus. Quibus qui diligentius obsecundaverit lucis inaccessibilis rimator vicinus merebitur adscisci. Quibus ego hugo baiocassine urbis dei gratia episcopus sollicite perpendens. et inhianti animo concupiscens. ut in civitate domini virtutum in monte sancto eius merear fieri gloriae sanctorum consors divine voci qua dicitur. Verumtamen date elemosinam et omnia munda sunt vobis; humiliter optemperans hereditati eterne ipsum nostri honoris largitorem fieri consortem ratum duco. **Boes**
Proinde terram quam uulgo dicunt Bothas cum appenditiis suis videlicet ecclesiam. et bothe bochelont. Et terram de Sallouilla. Et terram de torratoribus. Et terram Rogeri malpainace. Et terram Goscelini belatita cristano et Sancte eius genitrici atque Sancto Amando ob salutem anime mee condono; in loco urbes Rothomagensis de nomine eius sancti Amandi nuncupato ad uictum ancillarum dei ibidem congregarum. Quibus p[re]a est abbatissa Emma spiritu et carne soror mea. Quam largitionem litteris obsuturorum noticiam mandare decrevimus.

Page 14

Carta Renoldi fabri et bartholomei fratri eius qui huic redditum vendiderunt apud caruilla matheo gasso cive⁹ Rothomagi qui fortunaverit dicte mattheo qui custodia domine abbatisse

Donum: domini Guillelmi camerarii de tancarvilla. nemoris calceie.

Sciant omnes praesentes et futur; quoddam Ego Guillelmus camerarius de Tanqaruilla pro salute anime mee et ancestorum meorum Reddidi¹⁰ et dedi et concessi. Ecclesie beati Amandi. et sanctimonialibus ibidem deo servientibus. Boscum qui propinquior est manerio de calceia. Quem scilicet Boscum terra Radulfi de bleinuilla. designat et vallis quae est ex alia parte. Et ut haec donatio. A modo stabilis et firma. et inconcussa permaneat; praesens scriptum. Sigilli mei testimonio Roboravi. Huic autem donationi Affu-

⁸ Left margin: **boes**

⁹ Probably civitate

¹⁰ Right margin: **Nemus calceie**

erunt testes ex parte mea. Jordanus de Lindebou seneschallus meis. Petrus de Wilegrum. Alexis clericus meus. Nicholaus clericus meus. Et plures Alii.

[*The following text is struck through with red ink*]

Noverint universi praesentes pariter et futuri quoddam Ego Rogerus de¹¹
Prato filius quondam thome de prato. Assensu et voluntate
Mathildis uxoris mee vendidi In perpetuum Domine mathildi de
Ibelon Abbatisse sancti amandi Rothomagi et monialibus eiusdem loci
pro quadraginta libris turonis: quicquid habebam et habere
poteram In molendino de prato. Scito apud darnestal. In
parochia sancti petri de careuilla videlicet super aquam que di-
citur Rodobecca inter molendinum magdalene. et molendinum
de Ruella. et quicquid In eodem molendino mihi et meis heredibus

Page 15

[*Continuation of text struck through with red ink*]

excidere in aliquo tempore potest et debet. Ita quod in
ipso molendino nichil per me Neque per alium; possum de ce-
tero reclamare. Sed Licet ex nunc iam dictis Abbatisse vi-
delicet et monialibus et eam successoribus facere omnem voluntatem
Suam Integre de ipso molendino. Sicut de suo proprio et sicut
de illo quod est de feodo suo. sine mei vel heredium meorum re-
clamatione aliqua vel contradicto. Quod vt ratum et sta-
bile sit hanc praesentem cartam eis feci pro me et heredibus
meis. Coram Roberto de castro tunc maiore Rothmagi.
Anno. domini. M. CC. XX. Nono. mense augusti. Sigillo me-
o cum Sigillo communie confirmatans. Testibus. Hiis Laurent de
longo. Radulfo Amiot. Matheo Berneir. Guillelmo dicto commu-
nie. Gaufrido de Bele mare. Guillelmo Nolart. Richardo de nor-
mara. et pluribus Aliis. [End of strikethrough] **Carta iohanne sancti amandi de IX solidii**
¹²Sciant omnes quod Ego Johannes de sancto amando vendidi In-
perpetuum domine Abbatisse sancti amandi Rothmagi. et monali-

¹¹ Right and Left margin: **vacat**

¹² Left margin: **Fresnes**

bus eiusdem loci pro centum et quinque solidos turonis quos recepi ab eis;
Novem solidos quos Roger saluatus de fresnes lesperlenc et
Guillelmis Nepos eius filius quandam Roberti Saluati; reddebat
mihi de Reditu Annuatim In festo Sancti michaeli et quatuor
Capones In Natali domini: de quandam pecia terre ad campum
quam tenebant de me. In parochia de Fresnes lesperlenc
ad maram saltheosam. luxta terram Renaudi le Damesel.
Sicut se proportat longa et latitudine. Licebit autem de-

Page 16

cetero iam dictis abbatisse et monialibus et earum successoribus
facere omnem voluntatem suam integre de hoc redditu pre-
dicto. sicut de suo. et facere iusticiam suam pro eo habendo. si opus fuit.
terminis statutis. et per iuribus que Inde contingere possuit; super
pecia terre praedicta. Et Ego et mei heredes debemus eis et earum
successoribus dictum redditum In iam dicta terra. Que est de feo-
do ipsarum; contra omnis Gentes Garantizare. Saluo tamen iure
dominico Nam propter hoc dederunt mihi dicta abbatissa et moniales
centum solidos et quinque solidos superius nominatos. Vt autem hoc ratum et sta-
bile sit in perpetuum: hanc praesentem cartam eis feci. Et eam
sigillo meo confirmaui. et dictos. Rogerum videlicet et Guillelmo
eis atornau. Ad faciendum eis omnia. de iam dicta terra; que
ipsi faciebant mihi. Actum est hoc. Anno domini. M. CC. XX.
sesto. mense martii. In curia earum apud sanctum amandum.
Testibus. hiis. Ricardo de normara tunc baillio earum **R**oberto peruo
Rogero leportier. Fratre Johannes. **T**homa Gahidre. **R**aig-
naudo Le **B**retun. Qui Rogatus hanc cartam fe-
cit. et pluribus aliis. **C**onventio prioris prati
de quattuor modi frumenti in foro Rothomagi.

Noverint vniuersi ad quod praesens scriptum pervenerit; quoddam
Hec est conventio Inter J priorem et conventum prati ex una par-
te et M. abbatissa et conventum sancti amandi ex altera. Abbatissa
et conventus sancti amandi tradiderunt et omnio relinquenterunt
habendum tenendum. et in perpetuo possidendum. priori et conventui

Page 17

prati quicquid tenebant. habebant. et possidebant in manerio de buris et villis eiusdem manerii. Scilicet sancto Walarico. Humneiomentru maisnillo monachorum ad campum et ad villam. in bosco et plano. In hominibus. In masuris. in pratis. in pasturis. in aquis in denarus. in serviciis. in campi parte. In bladis. et in omnibus aliis rebus sine aliqua exceptione. pro quattuor modiis frumenti singulis annis reddendis in foro Rothomagi. inter festum sancti michael et octuvas sancti andree. Frumentum autem reddentur a praedictus priore et cōventu prati. praedictis abbatisse et conventui sancti amandi. IIII. diebus venditis in foro Rothomagi singulis. IIII mercatis. vnum modius ad precium unius modii melioris frumenti IIII solidos minus de una quaque summa. et cum uno quoque modio reddentur eiusdem abbatisse et conventui sancti amandi sex denarii pro veitura. Si autem infra octavi sancti andree non reddatur hoc frumentum. prior et monachi praedicti tenebuntur in pena dimidii modii frumenti eiusdem valoris. solvendi eidem abbatisse et conventum. sancti amandi. Si vero communis pestilentia ut commune excidium grave quod dicitur auertat evenerit; arbitrio et consideratione legitimorum virorum praedictis redditus modius abitur. Tenebuntur autem abbatissa et conventus sancti amandi praedictos redditus et tenementa praedictis monachis penitus liberare. et contra omnis homines Garantizare imperpetuum Actum fuit hoc. anno domini. M. CC. IX. VII. Idus maii. Testibus hiis Radulfi filii Geroudi archidiaconi augi. Roberti priore de monte leprosorum Magistro arnulfo de verlieo. Johanne de drons. Osberni de clerus. Gerardo te tokevilla clericis. Roberto capello de sancto amando. Antelmo danebout. Rogere Janitore Godefrido grossio. Richardo marescallo haudenue Petro. runfo. Et aliis multis

Page 18¹³

.Carta. Johannis de domon de decem et septem pechnis terre
apud boes

.Sciant omnes presentes et futuri quoddam ego Johannes de domon dedi et con-

¹³ A new hand begins here.

cessi per excambium beatrici abbatisse sancti amandi Rothmagi et eidem loci conventui in perpetuum decem et septem pecias terre quas habebam in paga de Boes et omne illud quoddam pertinebat michi seu pertinere poterat et debebat jure hereditagii in paga antedicta de quibus peciis prima sita est ad leprosarium inter calceiam et terram dicte abbatisse alia sita est ad muetam¹⁴ inter calceiam et terram thome amandi. Tertia sita est juxta medietatem tortilli de mueta quarta sita est inter terram petrouille de goii et gardignum de mueta. quinta sita est ad spinam alberedae inter terras dicte abbatisse ex utraque parte. Sexta sita est inter terram dicte abbatisse et bouterias de campo pluioso. Septima sita est inter terram dicte abbatisse et magnam maram Octava sita est inter terram vico anglici et terram petri filii domine aalesie. Nona sita est ad choram de vrino inter terram dicte abbatisse et terram dicti petri. decima sita est ad magna maram inter terram dicte abbatisse et terram matheri de valri clericorum. undecima sita est inter terras dictorum matheri et petri. duodecima sita est inter terram thome amandi et terram dicti petri Tredecima sita est inter terram dicti petri et terram mauricii paien. quarta decima sita est ad mallerias inter terram dicti petri et bouterias de fonel. quindecima sita est super richebort

Page 19

inter terram guillelmi houdet et terram dicti petri. Sextadecima sita est ad foneam guerbont inter terram dicti petri et terram guerardi lebarbe Septimadecima sita est ad montem de boes inter terram sancti saluatoris et terram dicte abbatisse sicut se portant in longum et in latum. Tenendum et possidendum dictis abbatisse et conuentui et earum successoribus libere quiete et hereditarie et ad faciendum ex toto dicto hereditagio decetere sua penitus voluntatem sicut de suo proprio saluis iure et redditibus dominicis. ego autem et mei heredes tenemur garantizare dictis abbatisse et conventui et earum successoribus totum dictim here-

¹⁴ Mueta is a variant of mota, likely a watchtower or earthwork. Niermeyer, J.F, *Mediae Latinitatus Lexicon Minus* (Brill: Leiden, 1997).

ditagium saluo iure dominico contra omnis gentes. Quia propter hoc dederunt michi in perpetuum dicta abbatissa et conventus in excambium decem libratas¹⁵ usualis monetae annui reddere percipiendas et habendas michi et meis heredibus singulis annis in locis et terminis subnotatis vedelicet sexaginta solidos quatuor terminis. scilicet quindecim solidos ad natus domini totidem ad pascha. totidem ad natus sancti johannis et totidem ad festum beatii michaeli in tenemento Rogeri maschet sito super fossetum inter terram Villelmi leboglier et terram Willelmi laponle. a vico ante usque ad terram heredes Stephani Blondel et decem octo solidos medietatem ad natum

Page 20

deum et medietatem ad natum sancti johannis in tenemento Roberti clericorum in vico sancti cligii¹⁶ inter terram hereditas ingelranni filluel et terram Margarete de pratelli a vico ante usque ad terram de praesonna ville. Item viginti solidos eisdem duobus terminis in duoibus tenementis sitis contigue in vico sancte marie dicte proue inter terram bertim de castro et terram petri carpentarii. A vico ante usque ad terram dicti bertini. Item viginti solidos eisdem terminis in tenemento odonis de puteo in gorneet inter terram gil-leberti haut mariage et terram nicholas de puteo a vico ante usque ad murum ville. Item viginti solidos dictis terris in tenemento Willelmi lebraseor in vico sancti viniani inter terram martini pigache et vicum. a vico ante usque ad terram johannis testemone. Item triginta solidos dictis terminis in tenemento Reginaldi lepoiteum sito in mala palude inter terram ade se-teulier et terram Roberti mustel a vico ante usque ad cristas. Item viginti et unum solidos scilicet duodecim solidos ad natum domini et novem solidos ad festum beati michaeli in tenemento capituli sitione in bonto vici ad prestresses inter terram richardi de fres-

¹⁵ Probably libras

¹⁶ It is unclear what Saint or parish is referred to here. There are no marks of suspension or contraction on this word.

nes et terram Walteri andme Item undecim solidos scilicet
sex solidos ad pascha et quinque solidos ad festum sancti michaeli
In tenemento heredes mathilde testemole sito in vico bel-

Page 21

vacensis inter terram Radulfus leportenin et murum ville quod ut
Ratum et stabile in perpetuum permaneat presentem cartam sigi-
lli mei miminie roboravi. actum anno domini M. CC.
L. septio mense november. Testibus hiis domino johanne
de decvilla presbitero bertino de castro Richardo de normara
Willelmo de normara. Roberto daut Richardo anglico ville
de tatemavilla. Roberto dicto apostolo Roberto presbitero de boes.
Willelmoo scriptore et pluribus aliis. **Carta andree huart de**
quinque solidis annui redditus apud boes
Noverint universi quod ego andreas havart de paga de boes
Vendidi et concessi .b. abbatisse sancti amandi Rothmagi et eiusdem
loci conventui quinque solidos usualis monetae annui red-
ditus ad festum sancti michaeli pro quinquaginta solidos turonis
quos michi per manibus pagauerint capiendum et habendum
annuatim ad dictum terminum dictis monialibus et earum successo-
ribus super meum masagium situm in dicta paga inter masagium
Willelmi lerendu ex una parte et tenementum renoudi
baillehache ex altera sicut se proportat in longum et
In latum et super quandam peciam terae sitam ante hostium
Roberti Stephani inter terram Johannis goscelini ex una
parte et terram hugonis leboulengier ex altera
Licebit autem decetero dictis monialibus et earum succes-

Page 22

soribus suam iusticiam facere plenarie super dicta masagium et terram
si necessitate fuverit pro dicto redditu habendo annuatim ad terminum antedictum et
Et ego L et heredes mei tenemur garantizare dictis monialibus
et earum successoribus dictim redditum super dicta masagium et terram in po-
sterum contra omnes et ut hoc sit firmum et stabile in poste-

runt presentem cartam sigillo meo sigillavi. actum anno domini
M. CC. L. Septio mense februarie testibus hiis Roberto daut
Ricardo anglico johanne lepicart guillelmo clerico assone janitore
Tunc Nicolo de amanvillo clericu et aliis multis **Carta Villelmi leredi**
de duobus solidis annui redditus apud Boes
Noverint universi quod ego Willelmis dictis lerendu de paga sancti salvato-
ris de boes assensu et voluntate nicholae labusqute¹⁷ uxoris
mee vendidi concessi et omnino dereliqui b. abbatisse sancti amandi
di Rothmagi et eiusdem loci conventui pro viginti et quinque solidos
turonis quos michi pre manibus persolverunt renuntians
exceptioni pecunie non numerate duos solidos et sex denarios cur-
rentis monete in normannia annui Redditus quos mihi
Reddebat annuatim robertus dictis lepetit de predicta paga ad
festum sancti michaeli in gargano monte. Quem attornavi
ad reddendum dictis monialibus et earum successoribus dece-
tero predictum redditum annuatim ad terminum antedictum et eum
In manibus earum dictorum totalitur dereliqui capiendum et habendum de
cetero et possidendos predictis monialibus et earum successo-

Page 23

ribus predictum redditum ad terminum antedictum hereditarie bene libere et quiete
et in pace absque ulla mei decetero. vel heredium meorum reclama-
tione super masagium predicti roberti lepetit situm in paga antedicta inter
masagium ernaldi filii henrici ex una parte et masagium
Willelmi dicti clericu ex altera. sicut se proportat longitudine et la-
titudine a q[]mino¹⁸ domini regis pro ante usque ad terram petroville de
quercii¹⁹ pro petro. Licebit autem decetero dictis monialibus et earum
successoribus facere suam iusticiam plenarie super dictum masagium
pro dicto redditu habendo ad terminum antedictum. ego autem predictis Vi-
llelmis et heredes mei dictis monialibus et earum successoribus redditum

¹⁷ The spelling of this name is not clear.

¹⁸ Possibly communio. The contraction mark suggests quemino as the correct reading; this appears to be an unusual contraction and possibly an error.

¹⁹ This name begins with the same contraction mark as above.

antedictum tenemur garantizare contra omnes. et ut hoc Rat-
tum et stabile permaneat in futurum nos predicti nichola Wil-
lermus et nicholaa praesenti scripto sigilla nostra digna duximus
apponenda actum anno domini M. CC. L. nono mense mar-
tii. Testibus hiis domino johe dedeenvilla presbitero Roberto de
antge²⁰ martino ad grabes carpentario Richardo vassal Vi-
llelmo dicto osmont Johannes de rua clero et multis aliis. **Carta**²¹
Noverint universi quod ego adam bantrici et heredes mei
quos ad hoc specialiter obligauit tenemur reddere abbatisse
et conventui sancti amandi Rothmagi et earum successoribus
quindecim solidos usualis monete annui redditus

Page 24

annuatim ad festum sancti andree apostoli ratione cuiusdam qui clamato-
riis²² quam michi fecerunt super omnibus moltis et residen-
ciis in quibus eisdem tenebar ratione feodi mei quoddam de eis
teneo iure hereditarie et homines mei de me ubicumque sit
In paga de boes in paga sancti petro de sellovilla et in paga sancti johannis
de mesnillo radulfo et super omnibus impedimentis et occultatio-
nibus quae possent michi aut meis heredibus accidere ratione
moltarum et residentiarum praedicarum. Licebit autem dictis mo-
nialibus et earum successoribus suam iusticiam facere
plenarie super dictum meum feodium ad melius appropriens si ne-
cessitate fuerit pro dicto redditu habendo ad terminum antedictum et ut
hoc sit firmum et stabile et divis in posterum presentem car-
tam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini
M. CC. L. octavo mense martio. testibus hiis ma-
gistro Roberto de penleio tunc rectore ecclesie de boes
domino guillelmo tunc recotre ecclesie de ernevilla domino
Johanne dedeenvilla presbitero Richardo de normana Richardo anglico

²⁰ The “ge” has been crossed out at the end of this name.

²¹ Left margin: Ade bantrici de quindecim solidis

²² This word is written very sloppily and is unclear. We have been unable to determine precisely what this is; it is almost certainly some derivation of clamare or clamator.

Nicolao de sancto amando clero et aliis multis **carta avicie**
de burgis de quadam mina ordei apud calceiam
Noverint universi quod ego avicia de burgis tunc
tempore viduitatis mee vendidi et concessi .b.
abbatisse sancti amandi Rothomagi et eiusdem loci conventui quam-
dam minam ordei annui redditus ad mensuram calceie

Page 25

Super totum tenementum situm apud calceiam quod teneo de
dictis abbatissa et conventu inter tenementum Johannis lebrasseor ex
una parte et tenementum radulfi postel ex altera pro trigin-
ta solidos turonis quos michi pre manibus pagauerunt capien-
dum et habendum in posterum dictis religionis super dictis tenementum li-
bere. pacifice et quiete annuatim ad festum sancti michael. Licebit
autem decetere dictis monialibus et earum successoribus suam iusti-
ciam facere plenarie si necessitate fuerit predicto redditu dicte
mine ordei habendo ad terminum antedictum. Et ego et heredes mei
tenemur garantizare dictis monialibus et earum successo-
ribus dictum redditum in posterum quam omnis et de omnibus libera-
re et acquitare et ut hoc sit firmum et stabile presentem
cartam sigillo meo confirmaui. Actum anno domini M.
CC. L. septio mense novembris testibus hiis Roberto presbitero
de calceia Johanne dicto comite Johanne letelier Radulfi postel
Galtero lemerchier et pluribus aliis. **Carta Petri Lefeutier**
de sex solidis turonis annius redditus apud franquevileta
Sciant omnis presentes et futuri quod ego petrus lefeutier
de Rothomago. Vendidi et in perpetuum abbatisse et monialibus sancti
amandi Rothomagi pro quadraginta et quinque solidis turonis
quas iam recepi ab eis sex solidos usualis monete
quos Gilebertus auonde de franquevilleta reddebat
michi de redditu annuatim medio in natali et medio

Page 26

ad pascha de masagio suo in quo manet apud fran-

queviletam sito ad Wast gardinus ab appositis masagium
gauteri motim perdeversus Lefauc et de una pechia terre
ad campos iuxtam terram Guillelmi de hors. Et licet decetero dicit
abbatisse et monialibus facere omnem voluntatem suam inte-
gre de redditu predicto sicut de suo proprio et facere iustici-
am suam si opus fuerit predicto habendo terminus constitutis. super masa-
gio et terra praedicta. et ego et heredes mei debemus eis iam
dictum redditum in perpetuum contra omnis gentes garantizare
et acquitare ita quod illum habeant liberi et quietum. Quod
ut ratum et stabile sit in perpetuum hanc presentem
cartam eis feci et eam sigillo meo confirmavi et
dictum gillebertum eis accordnavi ad faciendum eis omnia qua
mihi facere debebat. Actum est hoc anno domini M. CC.
XX. sexto mense decembris. Testibus hiis Richardo de norma-
ra Richardo de maisnillo goscelin gileberti auonde. Gau-
teri motim et pluribus aliis. **Carta nicholas hoel de septem**

Solidis annui redditi apud calceiam

Noverint universi presentes et futuri quod ego Nicholas hoel ven-
-didi concessi et omnino dominisi .b. abbatisse sancti amandi Rothomagi et
conventui eiusdem loci septem solidos annui redditus super totum heredi-
tagium meum quod habeo apud calceiam situm inter masagium Johannis
de sancta fide ex una parte et masagium Roberti guillos ex altera
pro sexaginta et quinque solidos turonis quos michi pre mani-
bus persolverunt. tenendum et habendum et in perpetuum possidendum

Page 27

dicte abbatisse et conventui libere. quiete. pacifice. hereditagium et integre ab
omnibus actionibus et querelis. Reddendo inde a predicto Nicholo dicte abbatisse
et conuentui predictos septem solidos redditus ad duos terminos videlicet tres
solidos et sex denarios ad festum sancti michaeli et tres solidos et sex denarios ad pu-
rificationem beate marie virginis. Licebit siquidem dicte abbatisse et con-
uentui de predictis septem solidis redditus decetero suam penitus fa-
cere voluntatem sicut de suo proprio hereditagium salvo iure capita-
lis domini. Sciendum autem quod si dictus Nicholas vel heredes sui dictos septem

solidos redditus ad terminos assignatos non reddiderint dicta abbatissa
et conventus poterit exhibere iusticiam suam plenarie super totum
hereditagium suum ubicunque sit tam ad campos quam ad villam quosque
de predictis solidos septem fuerit satisfactionem. Hanc autem venditationem
et conventionem ego nicholas hoel predictis et heredes mei contra omnis dicte
abbatisse et conventui garantizabimus et nichil in dictis septem solidios
decetero reclamare poterimus. quod ut ratum et stabile perma-
neat sigillum meum presenti scripto duxi apponendum. actum anno
domini M. CC. LXX²³ Quiquaginta octavo. Testibus hiis Johanne lecane-
lier Roberto daut Johanne textore Johanne comite Galtero lemer-
chier et aliis. **Carta Richardo de ponte de tota terra masagium**
quam habebat apud malum alnetum

Universis presentes litteras inspicient magistri Richardi de ponte sa-
lutem in dominico noveritis quod ego vendidi et concessi et in perpetu-
um dereliqui pro centum solidos turonis de quibus teneo me pro-
pagato abbatisse sancti amandi Rothmagi et eiusdem loci conventui
totam terram cum masagio quam habebat apud malum alnetum
in parochia sancti maurici inter terram Richardi de ponte laici

Page 28

ex una parte et aquam dicte abbatisse ex altera quam quid terram una
cum masagio juliana uxor valteri tabernarii in puram elemo-
sinam mihi contulerat et saisinerat in plena parochia predicta habendum
et possidendum in perpetuo et hereditarie praedictam terram una cum
masagio sepedicto sine reclamatione mei vel heredum meorum
et ego et mei heredes tenemur garantizare eisdem abbatisse
et conventui predictam terram una cum masagium bona fide contra
omnes gentes in cuius rei testimonis presentes litteras sigillo
meo confirmavi actum anno domini M. CC. L. septio. Testi-
bus hiis magistro Nicholo de sancto amando. Roberto daut. Johanne
Faussabrin Richardo de ponte laico et pluribus aliis. **Carta Aelissie**
de sancto audoeno de tribus minis ordei et terra apud calceiam

²³ LXX has been struck through

Noverint universi presentes et futuri quod ego aelissia de sancto
audioeno vidua de calceia assensu et voluntate Johannis filii mei
primogeniti vendidi concessi et presenti carta confirmavi .b.
abbatisse sancti amandi Rothomagi et conventui eiusdem loci tres minas ordei
annuatim redditus super masuram meam et terram apud calceiam
sitam inter masuram galteri lemerchier ex una parte et terram et
masuram Willelmi comitre ex altera sicut se proportat in longi-
tudine et latitudine pro sexaginta et duodecim solidos turoni
quos premanibus percepimus tenendum et habendum et in perpetuum pos-
sidendum dicte abbatisse et conventui libere quiete pacifice hereditari et
integre reddendo inde a dicta abbatisse vel ab herede suo pre-
dictas tres minas ordei annuatim ad festum sancti michaeli salvo inter
domini capitalis. Licebit siquidem dicte abbatisse et conventui de dictis tribus
minis ordei suam penitus facere voluntatem sicut de proprio here-

Page 29

ditagio suo absque reclamatione et conditione dicte aelissie vel
eius heredis. hanc autem venditionem et concessionem ego aelissia et
Johannes filius meiis primogenitus contra omnes dicte abbatisse et
conventui tenemur garantizare et fideliter obsignare nos
autem aelissia et Johannes tactis sacrosanctis euuangeliis iuravimus. quod in
illis tribus minis ordei decetero nichil reclamabimus nunc dictam abbatissam
et conventum nulla occasione inventa in foro ecclesiastico vel
seculari molestabimus In cuius rei testimonius ego aelissia et
Johannes filius meus prenominatis sigilla nostra presenti scripto duximus
apponenda. actum anno domini .M. CC. L. tertio mense febriarie
Testibus hiis Roberto presbitero de calceia Roberto daut. Johanne textore
Galtero lemerchier mattheo dicto comite et pluribus aliis. **Carta Nicholae**
houdet de xx anni ead praedicta calceiam²⁴

Noverint universi quod ego nicholas houdet de paga sancti Johannis de cal-
ceia vendidi et concessi .b. abbatisse sancti amandi Rothomagi et eiusdem
loci conventui pro decem libris turonis quos mihi premanibus pagaverunt

²⁴ Red text in this line is in the left margin

Viginti solidos turonis annui redditus ad duos terminos super meum masagium videlicet ad festum sancti michaeli decem solidos et ad purificationem beate marie virginis decem solidii capiendum et habendum dictis monialibus et earum successoribus annuatim ad dictos terminos super meum masagium situm in dicta paga inter tenementum petri letelier ex una parte et tenementum Johannis alani ex altera sicut se proportionat a vico per ante usque ad terras dictorum petri et Johannis et super omne tenementum meum ubicumque sit situm in paga antedicta tam ad villam quam ad campos licebit autem

Page 30

decetero dictis monialibus et earum successoribus suam iusticiam facere plenarie super dicta masagium et tenementum si necessitatem fuerit et dicto redditu habendo annuatim ad terminos antedictos. et ego et heredes merebantur garantizare dictum redditum dictis monialibus super dicta masagium et tenementum in posterum contra omnes. Et ut hoc sit firmum et stabile et duret in posterum presentem cartam sibi feci et tradidi sigilli mei munimine roboratam. actum anno domini M. CC. L. octavo mense febriarie. Testibus hiis Roberto daut Guillelmo houdet. Roberto guesdoms Guillelmo clerico Guillelmo maquerel Mohel de amanvilla clerico et aliis multis **Carta avissie de burgis de duobus solidos annui redditus apud calceiam**

Noverint universi quod ego Avissia de burgis vidua vendidi et concessi et omnino dimisi .b. abbatisse sancti amandi Rothomagi et conventui eiusdem loci duos solidos monete currentis redditus super totum hereditagium meum quod habeo apud calceiam ad campum et ad villam pro viginti solidis turonis quos dicta abbatissa premanibus mihi persoluit. tenendum et habendum et in perpetuum possidendum dicte abbatisse et conventui libere quiete hereditarie et integre Reddendo predictos duos solidos a predicta avissia vel heredibus suis dicte abbatisse et successoribus suis ad purificationem beate marie Licebit siquidem dicte abbatisse et conventui decetero de predictis duobus solidos turonis Redditus suam penitus facere voluntatem sicut de suo proprio hereditagio salvo iure

capitalis domini hanc autem conventionem et concessio-

Page 31

nem dicte abbatisse et conventui teneor garantizare et fideliter
observare in cuius rei testimonium ego avissia prenominata pre-
senti scripto sigillum meum dignum duxi apponenda. Actum anno
Domini M. CC. LX die dominica ante festum beati andree apostoli mense no-
venbris Testibus hiis presbitero de calceia Johanne textore Johanne co-
mite et aliis. **Carta avissiae de burgis de duobus solidos apud calceiam**
Noverint universi quod ego avissia de Burgis tempore vi-
dutatis mee vendidi concessi et omnino dimisi .b. abbatisse
sancti amandi Rothomagi et conventui eiusdem loci duos solidos annui
Redditus et tres capones super totum feodum meum ubicumque sit in
parochia de calceia. pro triginta solidos turonis quos mihi prema-
nibus persolverunt tenendum et habendum et in perpetuum possidendum
dicte abbatisse et conventui libere quiete pacifice et hereditarie
Reddendo a predicta Avissia vel heredibus suis predictos duos so-
lidos quolibet anno ad festum sancti michaeli et predictos tres capones
a petro textore unum caponem et a Guillelmo futuro unum caponem et
a Johanne alaim unum caponem ad natale domini. Licebit dicte ab-
batisse et conventui de predictis duobus solidos et tribus capones suam pe-
nitus facere decetere voluntatem sicut de proprio hereditagio suo
hanc autem conventionem et concessionem ego Avissia pre-
dicta contra omnes et mei heredes dicte abbisse et conventui te-
nemur garantizare in cuius rei testimonium sigillum me-
um presenti scripto duxi apponendum. actum anno domini M.
CC. L. octavo Testibus hiis Roberto presbitero de calceia Jo-

Page 32

Carta Villelmi luelier de una pechia terre apud malum

hanne comite Johanne textore et aliis.²⁵ **alnetum**

Noverint. universi quod ego Willelmus luelier de paga de monuille

²⁵ This line is continued from the previous page. The red, although added above it, marks the beginning of the next charter.

vendidi concessi et omnino dereliqui. b abbatisse sancti amandi Rothomagi et eiusdem loci conventui pro quatuor libris turonis mihi premanibus persolutis unam pechiam terre sitam in paga Sancti Maurici inter boscum abbatisse et conventus sancti amandi ex una parte et montem domini villelmi camerarii militis ex altera sicut se proportionat in longum et in latum a terra dictis militis usque ad boscum dictarum monialium. habendum tenendum et decetero possidendum dictis monialibus et earum successoribus dictam pechiam terre. bene libere quiete hereditarie et in pace absque ulla mei vel heredes meorum decetero reclamatione. Licebit autem decetero dictis monialibus et earum successoribus de predictam pechiam terre sicut de suo proprio feodo suam penitus facere voluntatem. ego vero et mei heredes dictis monialibus et earum successoribus pechiam terre antedictam tenemur garantizare contra omnes quam si garantizare eisdem non potuerimus tenemur excambiare valore ad valorem eisdem in nostro proprio hereditagio et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. actum anno domini M. CC. LX.
mense januario. Testibus hiis domino Johanne de deeville presbitero domino bartholomeo. L. presbitero de lambertivilla Richardo de alnetis Ricardo de criquetot Johanne de Rua clericu et multis aliis.

Page 33

Carta beatricis doe de sex solidis annui redditus apud

Calceiam

Noverint universi quod ego Beatrix doe de paga de calceja vendidi et concessi .b. abbatisse sancti amandi Rothomagensis sex solidos usualis monete annui Redditus videlicet tres solidos ad festum sancti michaeli et tres solidos ad purificationem beate marie virginis pro sexaginta solidos turonis quos mihi pre manibus pagaverunt capiendum et habendum annuatim ad festum ad dictos terminos dictis monialibus et earum successoribus super tenementum meum situm in dicta paga inter terram

Johannis letelier ex una parte et terram victoris fabri
ex altera sicut se proportat a vico per ante usque ad terram
domini eudonis caletot miles per Retro. Licebit autem
decetero dictis monialibus et earum successoribus suam facere
iusticiam plenarie si necessitate fuerit super dictim tene-
mentum pro dicto redditu habendo ad terminos antedictas et
ego et heredes mei tenemur garantizare dictis mo-
nialibus et earum successoribus dictum redditum in posterum
contra omnes. et hoc sit firmum et stabile et du-
ret in posterum presentem cartam sibi feci et sigilli
mei munimine roboravi. Actum. anno domini. M.
CC. L. octavo mense aprilis Testibus hiis Roberto presbitero
de calceia. Roberto daut Johanne letelier Johanne leconte
Johanne aclart Guillelmo lebrasseor, et aliis multis et
dictam venditionem tempore viduitatis mee feci

Page 34

Carta²⁶ Roberti maroie II acris et III virgatis terre²⁷

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit
Robertus maroie salutat in domino. Noverit universitas vera
quod cum Robertus de coudra cuius propinquior heres sum quandam
terram ecclesie sancti amandi delegasset;²⁸ Ego post obitum ipsius
pro salute anime sue et mee anime. Et pro legato ipsius Roberti
acquitando concessi et dedi predicte ecclesie sancti amandi duas acras
terre. et tres virgatas. et tresdecim perticas terre apud coudre-
ium. iuxta sasceum in campo de Routret. Versus terras de
puceio perstans. in liberam. et puram. et perpetuam elemosinam. Et ego
et mei heredes predictam elemosinam liberam et quietam contra omnes
gentes garantizare. et ab omnibus acquietare tenemur supradicte
ecclesie in perpetuum ut autem hoc ratum. et inconcussum futuris
temporibus permaneat illud praesenti scripto et siglli mei

²⁶ A third hand begins here.

²⁷ Left margin: **Coudrei**

²⁸ Probably should be delegavisset

munimine confirmavi. Anno gratie. M.CC.XIII. in Curia R.
domini Rothomagi archiepiscopi. et coram magistro Johanne britone tunc
officiali ipsius. Testibus. Geraldo de thokevilla. Willelmo pagani
scriptore. Luca notario. fratre Gerardo de pucei. Rogero portario.

Carta stephani maroie pro II acris et III virgatis terrae²⁹

Sciant omnes quod ego Stephanus maroie assensu et volun-
tare³⁰ hugonis fratris mei concessi et presenti carta confirmavi
ecclesie sancti amandi Rothomagi et monialibus ibidem deo servi-
entibus pro salute anime mee et ancessorum meorum duas acras terre
et tres virgatas et tresdecim perticas terre apud coudreium

Page 35

iuxta sasceum in campo de routret versus terras de puceio.
Quam terram Robertus de coudra et Robertus maroie anteces-
sores mei predicte ecclesie sancti amandi et monialibus eiusdem loci
in puram et perpetuam elemosinam pro dei amore et delictorum suorum remis-
sione delegaverunt. Tenendam et possidendam dicte ecclesie et
monialibus eiusdem loci de me et hugo fratre meo. libere. quiete
et pacifice. et etiam de omnibus heredibus nostris in puram et perpetuam elemosinam
Et pro huius elemosine confirmatione. Dederunt mihi abbatissa sancti amandi
et capitulum eiusdem loci viginti quinque solidos turonis de recogni-
tione. Nos autem et heredes nostri predicte ecclesie et monialibus eiusdem
loci predictam terram debemus contra omnes gentes garantizare
et de omnibus redditibus³¹ acquietare. Hoc iuravimus tenendum
sine malo ingenio spontanea voluntate. tactis sacroscriptus
euangelistis et ab iuravimus predictam terram per nobis et nostris
heredibus. ita; qua decetero nichil reclamabimus in terra nominata. Et
ut hoc ratum et stabile permaneat; presentem cartam fecimus
et sigillis nostris confirmavimus. Testibus Willelmo de paveilli tunc
presbitero de coudreio. Henrico. Radulfo anglico. Huberto anglico

²⁹ Right margin: **Coudrei**

³⁰ Left margin: hen[]jus litteras tot[] Fratri marorias domini Roberto archiepiscopi Rothomagi super hius donatione Stephanii maroie

³¹ Probably should be redditis

Willelmo Gernier. Roberto revel. Richardo de puteo. Pulino anglico. Reinero. Fratre Girardo. Hugone de andeleio. Yvonne de puceio. Hugo de mara et pluribus aliis. Actum anno gratie M. CC. Vicesimo mense februm.³² **Carta Thome de Wivilla .X. solidis³³**
Sciant omnis presentes et futuri quod Ego Thomas de Wivilla do-

Page 36

nauit et concessi et presenti carta confirmavi abbatie sancti amandi de Rothmagi et monialibus ibi deo servientibus pro redemptions patris mei Willelmi et dyonisie matris mee que in predicta domo monialem habitum assumpsit. et tandem debita nature persolvit. decem solidatas³⁴ redditus in perpetuam elemosinam monete currentis in Rothomago. in quodam molendino meo. Quod situm est in valle de dun. Quod Gillebertus Ridel dedit in maritagio supradicte dyonisie mee matriis qua fuit filia predicto Gilleberti. annuatim reddendas predicte abbatie et predictis monialibus de me et heredibus meis. Scilicet in Nathali domini. Et ego Thomas et mei heredes debemus Garantizare prefatum redditum supradicte abbatie contra omnes gentes. Quod ut ratum et inconcussum futuris temporibus permaneat. sigilli mei munimine roboravi. Matillide de haia tunc abbatissa abbatie sancti amandi. Testibus hiis. adam de maretot. Roberto de Wivilla militibus. Hugone sacerdote de Wivilla. Richardo huesario. Antelmo danebout tunc ballino sancti amandi et multis aliis.

Carta odonis plastrears .X. solidis parisiensis. et VII solidis parisiensis et III solidis parisiensis³⁵
Sciant omnes presentes et futuri quod ego Odo plastraret assensu et voluntate eufenue uxoris mee dedi et concessi in perpetuum deo et beate marie. et sancto amando Rothomagi et monialibus ibidem deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam per salute anime mee et omni antecessorum meorum decem solidos parisiensis annui redditus. quos Rogerus onctarius michi reddere solebat

³² The abbreviation of February here is feb followed by the suspension that Scribe D uses to be -"rum" in words such as meorum.

³³ Left margin: **molendinum de duno**

³⁴ Probably should be solidos.

³⁵ Left margin: **Cante raine**

Page 37

singulis annis. Scilicet Quinque solidos in feste omnium sanctorum et quinque solidos in pascha de domo sua qua sita est ante portam abbatis de Becco apud canteraine. Item dedi et concessi in perpetuum predictas monialibus septem solidos parisiensis annui redditus quos Ego solebam habere in domo quam Ernoldus de beuron dedit filie sue in maritagium. qua sita est iuxta fosseum de lage- vele. reddendos Scilicet in festo omnium sanctorum. Preterea dedi et concessi in perpetuum predictis monialibus tres solidos parisiensis annui redditus in domo Odonis de porta ibidem sita et con- tigua. reddendum similiter in festo omnium sanctorum. Quod ut ratum et stabile permaneat modo et futuris temporibus presentem cartam sigillo meo confirmavi. Testibus hiis. Nicholas le boir- gue Vernono canonico. Roberto de sancto Gildardo presbitero. Richardo de poutilara vicario de torue. Roberto de Gaiville clericu. Radulfo climent fratre eius. Roberto Balague. Hugone de medonta Radulfo preposito de mesnil raol et aliis. Actum anno domini M. CC. Septimo decimo. Mense septembri. **.Carta agnetis de fresneto VI denariis**
³⁶Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quoque presens scriptum pervenerit. Agnes de fresneio filia Roberti filii Toroudi Salutat in domino. Noverint universitas vera me divine pietatis intuitu; concessisse et dedisse ecclesie sancti amandi rothomagi et monialibus ibidem deo servientibus sex denarios mo- nete currentis in Rothomagi quos helyas de mesnil clac mihi

Page 38

annuatim reddebat. super omnibus tenemtis³⁷ quos de me tene- bat. ad Nativitatem sancti Johannis. Licet autem prenominate ecclesie facere iusticiam suam in omnibus predictis tenementis super predicto redditu singulis annis habendo ad terminum prenotatum. Et ego et mei heredes prenominatum redditum contra omnes gentes garantizare

³⁶ Left Margin: **Mesnil clac**

³⁷ Probably tenementis

et ab omnibus acquietare tenemur supradicte ecclesie in perpetuum. Ut autem haec mea donationes rata et in concussa permaneat; eam presenti scripto et sigilli mei munimine confirmavi. et predictam Helyam ad eandem ecclesiam in liberam et perpetuam et puram elemosinam assignavi. Testibus Willelmo cornicle presbitero. Antelmo Danelout milite. Rogero ianitore. Willelmo de molendino.

Hugone de fae. et aliis. **Carta Ricardi harou dimidium**

Sciant omnes presentes et futuri quod Ego **modium frumenti³⁸**

Ricardus harou filius Walteri harou de hanies. pro amore dei et salute anime mee et omnium antecessorum meorum concessi et dedi. ecclesie sancti amandi rothomagi et monialibus ibidem deo servientibus dimidium modium frumenti. de quo quisque sextarius debet valere minus duodecim denarium qua melius venditum in martheio andelcii. ille recipiendum et habendum ad meam propriam Granciam de hanies. infra festum sancti remigii. et debent illud recipere ad usualem mensuram illius patrie in liberam et puram et perpetuam elemosinam. predictim uno dimidium modium frumenti. Ego et mei heredes

Page 39

in predicta grancia nostra contra omnes gentes garantizare et adquietare debemus predicte abbacie et monialibus eiusdem loci in perpetuum. Quod ut firmiter teneatur; sigilli mei munimine confirmavi. anno gratie. M. CC. XIII. Testibus. antelmo dauebout. Rogero de prato. Rogero de sancto amando. Willelmo cornicle et aliis. **Carta abbatis de bello becco XXXV.**

Omnibus ad quorum noticiam presens scriptum **solidis pro molendino** pervenerit. Robertus dei gratia abbas beate marie et beati laurentii de bello becco totusque eiusdem loci conventus salutat. Noverint universitas vera quod nos debemus ecclesie sancti amandi rothomagi et monialibus ibidem deo servientibus. XXXV. solidos andegavensium. Vel monete currentis ad festum sancti michaelis singulis annis

³⁸ Left Margin: **Hanisies**

in perpetuum reddendos. de quodam molendino quod de prefatis
monialibus tenemus. et quod a Waltero de fonte homine
suo et heredibus suis. assensu et voluntate earum. Videlicet
et terram quam est ante molendinum et terram quam sita est inter
duas aquas. et haiam quam est super terram et aquam. quantum terra
qua est inter duas aquas durat per XXXV. libras andegavensium compara-
vimus tali videlicet tenore. qua nos aliquem hominum suorum nul-
latenus ad molendinum recipere potuimus. Quod si servientes
nostri aliquem hominum suorum ad molendinum aliquo modo casu sine
assensu earum recipere presumpserint; nos dictis monialibus
emendationem nostrum solidorum faciemus. Et ne hoc forte

Page 40

aliqua posteriorum malignitate possit in irritum revocari; sed
firmum et stabile in posterum habeatur. id ipsum presenns scripti
testimonio confirmare et sigilli nostri patrocinio dignum
duximus roborare. Hoc autem actum fuit. Anno verbi incarnati
M. CC. Testibus hiis G. tunc abbe sancti audoeni. Magistro Roberto
medico. Roberto sacer palliaci. Baudeuuino sancti amandi. alu-
urido ianitore. Rogero anglico. domino Roberto de ennevallo Radulfus
de bello campo et aliis. **Carta Gillebertis Wimont. et petri renout³⁹**
Sciant omnes presentes et futuri quod ego Guillebertus filius
Vuimont. et Ego petrus filius renoudi relaxavimus et
quietum clamavimus in puram et perpetuam elemosinam ecclesie sancti amandi
et monialibus ibidem deo servientibus. Ut participes simus in
suis ordonibus.⁴⁰ totum illud ius quod nos clamabamus et habere
poterimus in dicta abbatia et in manorio suo de pucheio propter
terram de la coale. Ita quod nos nec heredes nostri in dicta abbatia
nec in manorio suo de pucheio nichil per aliquod ius decetero
reclamabimus. Dicte vero moniales ne tanto beneficio vide-

³⁹ Left margin: **puchei**

⁴⁰ Probably ordinibus. Niermeyer suggests *horoma-* as an alternative spelling of *oro-*, which would give *horomatibus* as an alternative to *ordinibus*. In the context of the sentence *ordinibus* seems the likelier choice.

rentur ingrate; inopiam nostram de suis tantis facultatibus iuxta
placitum nostrum: supleverunt. Et dederunt nobis de bonis suis
decem solidos parisiensis. Hoc autem tenendum et in perpetuum garan-
tizandum contra omnis gentes bona fide iuravimus. Ut hoc
autem sine calumpnia⁴¹ aliqua firmum et stabile permaneret
munimine sigillorum nostrorum presens scriptum confirmavimus

Page 41

Actum Anno gratie M. CC. XXV. mense iulii in crastino sancti
Johannis baptiste. Testibus hiis. Hugone de mara. Galtero angli-
co. Hyvone filio bone. Fratre Girando de pucheio. Gau-
frido de bella mara. Jordano de sancto audioeno tunc ballino
sancti amandi Willelmo de molins. Thoma gaidre. Nicho-
lao clero abbatisse qui rogatus haut cartam fecit et pluribus aliis

Carta uxoris amaurrici de Warclivia X. minas bladi⁴²

Sciant omnes praesentes et futuri quod ego agatha uxor quodam
domini amaurrici de Warclivia. tempore quo eram vidua con-
cessione heredum meorum. Dedi et concessi in puram et perpetuam
elemosinam pro salute anime mee et Domini amaurrici quodam viri
mei et omnium parentum et antecessorum meorum. Deo et beate mar-
rie et ecclesie sancti amandi de Rothomagi. et monialibus ibidem
deo deservientibus. Decem minas bladi de annuo redditu
videlicet Quinque minas bladi. et Quinque minas avene.
De quibus hugo de biauserrei reddebat mihi per annum
duas minas bladi. et duas minas avene in festo sancti re-
migii. Et robertus le bruman unam minam bladi et
unam minam avene. Et Guillelmus rufaut. unam minam
bladi et unam minam avene. Et Guillelmus le franceis
unam minam bladi et unam minam avene; in festo sancti
remigii similiter. de Quinque acris terre et amplius sitis apud
coudrei. videlicet in terra de monte bernerii. quas tenebant

⁴¹ Probably calumnia

⁴² Left margin: **Coudrei**

Page 42

de me et de quibus reddebant mihi predictum redditum termino antedicto.
Et insuper dedi eis in perpetuum omne ius et duatum⁴³ quod mihi et meius
heredibus in eadem terra poterat evenire. Sicuti in releviis in e-
mendis. In homagiis et in omnibus aliis. Ita quod in eadem terra
nichil mihi neque heredibus meis decerno retinui. Et licet dictis
monialibus in perpetuum facere totam voluntatem suam integre
de redditu predicto et de omnibus escheanciis sicut de suo. et fa-
cere iusticiam suam in terra predicta quociens necessitate fuerit. et pro
redditu suo. et pro emenda. tamquam domine foedi. Et Ego et
heredes mei debemus eis in perpetuum hanc predictam elemosinam contra
omnes gentes garantizare et adquietare. Et ut hoc ra-
tum et stabile sit et ne forte aliquis heredum meorum hanc
elemosinam futuris temporibus valeat impedire; hanc presentem cartam
eis feci. et eam meo sigillo proprio sigillvi et confirmavi. Act-
em hoc anno gratie M. CC. XX. secundo. Testibus hiis. Domino Rober-
to tunc presbitero de fraxines lesperlenc. Fratre Guerardo. Guilhelmo
de berttimont. Radulfo tunc praetore de maisnillo Radulfi
Richardo de andegavensio. tunc ballino de boes. Thoma gaidre.
Domina matillide de Ebelon tunc priorissa et domina avicia
monialibus tunc presentibus et pluribus aliis.

Carta reginaldi de andeleio de quodam masagio⁴⁴

Noverint universi presentes pariter et futuri quod ego reginaldus⁴⁵
de andeleio assensu et voluntate richede uxoris mee. et

Page 43

ascelina matre mea vidua. concessimus et tradidimus abbatisse et moni-
alibus Sancti amand Rothomagi Quoddam tenementum ligneum
et lapideum. Quod habemus ante portam earum dictum monialium
integre cum Gardino et porprisio⁴⁶ quod est situm ibi per retro.

⁴³ Probably dominatum.

⁴⁴ Left margin: [super script: paga sancti amandi] Rothomago

⁴⁵ Right margin: bis scripta est

⁴⁶ Possibly should be from porcaricia.

Sicut tenementum illud se proportat longitudine a vico ante usque ad terras thome de boesmolins Et petronille esuellart pro retro prout mete ibi interposite dividunt. Et latitudine inter terram qua fuit quondam Johannis filii mauricii. Quam meo tenant Gillebertus belot. et Emmelina uxor eius. filia quondam dicti Johannis Et terram quam modo tenet Johannes lebochu de maritagio uxoris sue. qua fuit filia Euroini de caprevilla. Et terram quam tenet audinus anglicus per ante cellarum lapideum et per retro illud cellarum. inter tenementum durandum cementarii ab una parte et ab alia. Et tenementum quod ibi retineo in manu mea. situm in vico Giffardi. Sicut etiam mete inter me et ipsas preposite dividunt. tenendum et possidendum illud tenementum eis et earum successoribus de nobis et nostris heredibus. bene. et pacifice. libere. et quiete. hereditarie. Reddendo inde annuatim nobis et nostris heredibus quatuor libras et decem solidos redditus usualis monete apud Rothomagum in quatuor terminis. Videlicet viginti et quatuor solidos et sex denarios in festo sancti michaelis. et viginti et octo solidos et sex denarios in natali deum. Et octo solidos et sex denarios in pascha Et viginti et octo solidos et sex denarios in nativitate sancti

Page 44

Johannis baptiste. Et licet decetero antedictis monialibus et earum successoribus facere omnem voluntatem suam de dicto tenemento integre sicut de suo proprio. Salvo redditu nostro antedicto. Et nos et nostri heredes tenemur Garantizare eisdem monialibus et earum successoribus dictum tenementum integre contra omnes gentes et de omnibus redditibus adquietare per redditum supradictum et de hoc tenemento Garantizando et adquietando eisdem monialibus Ego dictus Reginaldus de assensu et voluntate dictarum Richeldis uxoris mee et asceline nostris mee posui eis in contra plegium omne illud tenementum quod ibi iuxta retinui in manu mea. situm in vico Giffardi. sicut se proportat in longitudo et latitudine. Praeter huius autem hereditatis concessionem et Garantizatione dederunt dicte abbatissa et moniales de bonis do-

mus sue mihi et dicte asceline matri mee sexaginta decem libras turonum de recognitione. Et dicte Richeldi uxori mee viginti solidos de recognitione. Quod ut ratum sit. Ego reginaldus et dicta ascelina mater mea cartam hanc suggillis nostris confirmavimus. Actum fuit hoc anno domini. M. CC. vicesimo quarto. mense septembris. Testibus hiis Ricardo de coronna. Luca de sancto martino presbiteris. Gaufrido de bella mara. Roberto blanc vilein. Rogero ianitore. Thoma Gaidre et pluribus aliis.

Page 45

Carta Godefridi mal neveu masagium⁴⁷

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit. Godefroidus mal nevou et Genouefa uxor sua salutat in domino. Noverint universitas vera nos divine pietatis intuitu pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum nostrorum concessisse et dedisse deo et ecclesie sancti amandi Rothomagi et monialibus ibidem deo servientibus totum illud masagium lapideum et ligneum in quo tunc manebamus. sicuti situm est et illud se proportionat inter masagium iohannis de Gornaio et masagium andree de torci a vico ante usque ad terram andree de torci retro. in liberam et puram et perpetuam elemosinam eidem ecclesie et monialibus eiusdem ecclesie in perpetuum possidente. Quod scilicet masagium simul acquisieramus. Factum fuit hoc assensu et voluntate Ranolldi de Saugevilla tunc domini illius feodi qui per petitionem nostram et pro salute anime sue predictum masagium concessit predicte ecclesie et monialibus eiusdem ecclesie. tenendum et habendum. libere. integre. pacifice. et quiere in perpetuum reddendo inde illi et eius heredibus. singulis annis pro omnibus sibi et suis heredibus pertinentibus decem solidos monete currentis in normannia ad Natale quos de presato masagio ipse Ranollus et sui heredes annu-

⁴⁷ Left margin: Rothomago

atim percipere debent et hereditarie. ut autem hoc ratum
et inconcussum futuris temporibus permaneat. illud presenti scrip-
to et sigilli mei munimine confirmavi. Anno gratie

Page 46

M. CC. Tertio decimo. *Carta Reginaldi de croisi de terra*⁴⁸
Sciant omnes tam presentes quam futuri
quod talis est finis fecundos inter matildem de haia abba-
tissam sancti amandi rothomagi et conventum eiusdem loci
ex una parte. et Reginaldum de croisi ex altera. vi-
delicet ex una terra qua est in perochia de fraxinis
lesperlenc. quam terram dicte abbatissa et conventus reclama-
bant habendam ad suum dominicum. videlicet campus versus
ernevillam sicut se proportionat in longuo et lato. a capite
terrarum Berengari. et sociorum suorum. usque ad aliud capud
terrarum ansier. et a duoibus lateribus sicut se poportat
inter terras Reginaldi damoisel et Karoli. et michaeli
de Franquevilete. et johannis de hairon. ita quod eadum terra
remanet eidem reginaldo et heredibus suis in hereditate tenenda
ab abbatissa et conventu pro quinque solidos monete currentis
Rothmagi. annuatim reddendis ad festum beati michaeli. et duoibus
caponibus ad natale deum ab eodem Reginaldo et suis heredi-
bus. abbatisse et monialibus. Et abbatissa et conventus debent
garantizare eidem Reginaldo et suis heredibus dictam terram
contra omnes. et idem Reginaldus et sui heredes debent reddere
et garantizare abbatisse et conventui dictum redditum denariorum
et caponum contra omnes. Et ut hoc ratum haberetur et stabile
futuris temporibus; Idem Reginaldus de croisi presentem cartam

Page 47

sigillo suo pro se et heredibus suis dictis abbatisse et monialibus
confirmavit. et hic finis recordatus fuit in assisia

⁴⁸ Left margin: *Fresnes Lesperlenc*

domini Regis coram Willelmo escu accol tunc ballivo
domini Regis. Actum fuit hoc anno M. CC. XVI. Testibus
hiis. thoma de palliaco Roberto de frescenes. mi-
chaele de Rubereto. Willelmo de busco ursel. thoma
de gentevilla. Gilleberto de periers. Roberto de perco
Gilleberto de reinfreivilla. petro de perrol. Abbate sancti
audioeni. abbatte sancti victoris. Johanne conmin. Willelmo de an-
freivilla. Antelmo danebout Willelmo de Vasmaisnil
et aliis. **Littere hugonis Rothomagi archiepiscopi**⁴⁹

Domino suo dilectissimo. Henricus dei gratia Nobilissimo regi
anglie. Duci normmanie et aquitainie et comite andegavensium. Hugo suus
et Rothmagi sacerdos. salutat. honorem et prosperitatem. Ecclesia de Aman-
villa a retroactis temporibus data fuit monasterio monialium sancti
Amandi de Rothomago. Salesbiriensis episcopus Rogerus qua diu te
nuit eam ad firmam tenuit a predicto conventu pro quo cum eas
inde fatigaret;⁵⁰ iusta pro eis nos verba fecisse cum eo recordamur
Nunc autem pro eisdem filiabus nostris liberalitatis nostre sublimitatem pre-
camur. quatinus predictam ecclesiam cum omnibus pertinenciis suis et cum
rebus clerici qua in manu nostra saisita sunt; nobilitas nostra reddi
precipiat. Ut pusillus grex sub vera protectione de rerum suarum
integritate gaudeat. Et cum a vobis sua receperint a ser-

Page 48

vientibus nostris pacem eis fieri precipiatis et teneri. Memores
eis sumus quod dominis papa Eugenius cum eternale remis⁵¹ audita querela mo-
nalium super predicta ecclesia. huius rei certam habuit notitiam
quod iam dictis epicopi eam tenuerit ad firmam terminum. et deinde sub anathema-
tis rigore precepit ne de cetero ab aliquo inquietaretur. scilicet eis qui-
era remaneret. Philippus etiam de columbarus propter invasionem benefi-
ciorum eius a nobis excommunicatus. tandem peccatum suum confitens

⁴⁹ Right margin: **amandiville**

⁵⁰ Although there is clearly a space we have translated this as one word: indefatigaret.

⁵¹ Probably aeternale remissione

cum iter Jerosolimitanum assumpset;⁵² ecclesiam illam cum omnibus
quam inde usurpaverat; in manu nostra ad opus monialium
liberam reddidit. Et sic mervit absolui. Decet ergo regia maie-
statem. ut quod ita certum et manifestum est; in concussum et ratum
teneri precipiat. Scribus ut predicta ecclesia de amanvilla cum omnibus
Pertinentiis suis monasterio sancti amandi libera maneat et
quieta. Conservet deus vitam veram et salutem per tempora longa.

Littere hugonis Rothomagi archiepiscopi⁵³

Hugo dei gratia Rothomagi archepiscopi dilectissimis in cristiano filiabus suis. Em-
me abbatisse totique conventui sanctimonialium Sancti amandi Ro-
thomagi; in PERPETUUM salutat. Cum habetur presatorum sollicitudo
ecclesiarum dei paci providere; ancillis cristiani attencius diligentiam
adhibere debet ut quo infirmior est sexus; eo fortioribus
eorum infirmitatibus auctoritatibus fulciatur. Capropter⁵⁴ dilectae
nobis in cristiano filie. confirmamus vobis et ecclesie vere ecclesiam
de amandivilla cum decimis et beneficiis ad ipsam ecclesiam

Page 49

pertinentibus perpetuo possidendam. Philippus enim de columberiis
auctoritate domini pape sanctissima anathematis quia praedictam ecclesiam vo-
bis auferebat innodatus; cum iter iherosolitanum inciperet ad
nos veniens; ecclesiam pretaxatam nobis reddidit. et pro peccato penitens
a nobis absolutus recessit. Actum est hoc rothomagi. assistantibus ar-
chidiaconis et personis ecclesie nostre. Rogero quoque archidiacono nostro.
ecclesie Baiocassine. et Heriberto cantore Baiocassine. Philippo quoque filio
comitis blocestrie. et engelranno et Rualent de Pay et Willelmo
de sunilli et multis aliis tam militibus quam burgensibus
et pluribus viris. Anno ab incarnatione domini. M. C. XL. VII.
sub principe Gaufrido.

⁵² Probably adsumpsit

⁵³ Left margin: ita habemus alias litteras dominici H archiepiscopi super confirmatione ecclesie de ammanville. Below this is the larger red marginal notation for the land: **Amandvilla**

⁵⁴ Here we have transcribed the letters following the manuscript but have not been able to determine the precise Latin. It seems most likely that this should be a word derived from *capitulum* or *capitolium* and is meant to be the chapter of the nuns.